Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



persecutione patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum.
Beati estis cum maledixerint uobis et persecuti uos fuerint et
dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me
Gaudete et exultate quoniam merces uestra copiosa est in celis.
Quadrifariam turbe sequebantur dnm. Lectio eidem.
Sauaria intentione MATHEUM.
Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote
ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut colu
bo Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in conci
liis et in synagogis suis flagellabit uos. Et ad reges
et ad presides ducemini propter nomen meum in testimonium
illis et gentibus. Cum autem tradent uos nolite cogitare quo
modo aut quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimi
ni sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem
frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in pa
rentes et morte eos afficient Et eritis odio omnibus
propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit. AMBROSII EPI.
Contraria sibi ista animalia ut alia ab aliis deuo
rentur sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit
idcoque isti discepti non in preda sed ad gratiam dirigunt